



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1685**

§. 1. De Fide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

## Caput II.

## DE THEOLOGICIS VIRTUTIBVS

**H**Arum tres assignantur, Fides, Spes, Caritas  
quibus S. Bernardus s. 10. sup. ps. qui habitat,  
Dicit Fides: Parata sunt magna, inexcogitabilia  
Fidelibus suis. Dicit Spes: Mihi illa servantur;  
tertia quidem Caritas, curro, ait, ad illa.

## §. I.

## De Fide.

I. Est donum DEI, ac lumen, quo illumina  
homo firmiter assentitur omnibus, quæ DEUS  
lavit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit:  
qua Sequentia bene capere, aliisque inculcare  
Asceta.

II. Primo bene apprehendat, quid, & quae  
facienda sit fides, nempe quod sit lumen præcipuum  
supernaturale Spiritus sancti, in Christiani hominis  
tellectum infusum, quo sit propensus ad credendum  
quidquid Ecclesia creditur, etiamsi rationes, quae  
veritas credendorum innititur, minimè perspiciat. Hoc  
porto lumen tanti esse faciendum in anima, quanti  
matur lumen oculorum in corpore, ita ut meritò dicit  
S. Chrysostomus: Fides Religionis Catholicae  
est animæ, ostium vitæ, fundamentum salu-  
æternæ.

III. Secundo bene intelligat præcipua duo officia  
Fidei supernaturalis, quorum prius est, hominem per  
fectè subjecere DEO, ut ipsius instructionem & inspi-  
rationem prompto & benevolo animo suscipiat, ju-

Ilud Patris cœlestis mandatum : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite.   
 TIBU Posterius est, ut mores & vitam nostram ordinet, ne per affectiones inordinatas, aut Dæmonis tentationes Caritas abrepti, à DEI lege deviemus. Unde rectè Canisius habitat, Christia num nōsse debere, tum quæ ad Sapientiam (uti sunt tres virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Caritas) tum quæ ad Justitiam Christianam (uti sunt, declinare à malo, & facere bona) pertinent.

I V. Tertiò bene addiscat, & inculcat, ad quæ objecta extendere se debeat Fides divina, videlicet ad sequentia. 1. Ad ea, quæ Symbolo Apostolico continentur, & clariùs in Nicæno, & Athanasio explicantur. 2. Quæcunque scriptura seu divina, seu canonica complectitur. 3. Quæ ex prædictis duobus fontibus necessariò deducuntur. 4. Quæ Spiritus sanctus per Ecclesiam, sive scripta sive viva voce credenda proponit.

V. Quartò bene cognoscere studeat obligacionem ad credendum, nimirum quod *necessitate quidem medijs* teneatur quivis Christianus explicitè credere, quod DEUS existat, & quod inquirentibus se remunerator sit; imò juxta quorundam sententiam etiam mysterium Trinitatis, Incarnationis, & passionis Christi, animæque immortalitatem. *Necessitate præcepti vero*, symbolum Apostolorum, præcepta DEI & Ecclesiae, orationem Dominicam, & Sacra menta, ac misericordiæ opera, saltem ea, ad quæ suscipienda vel exercenda obligatur.

V I. Quintò bene apprehendere conetur motiva credibilitatis, qualia à S. Augustino & aliis enumerauntur sequentia. Consensus populorum: miraculo-

rum: frequentia: successio Pontificum conuertit Catholicæ nomen justissimo titulo possatum: Nsudrum constantia: Prophetæ donum: sanctimopecc sapientia Doctorum, & aliorum Catholicorum: prouiformitas cum scriptura sacra, & in articulis fidei: amoribus omnibus rectè Ricardus sic discurrit: *Vtina Infer*  
*tenderent Iudei, utinam attenderent Pagani, cum nor*  
*ta conscientia securitate pro hac parte ad divinum facit*  
*poterimus accedere. Nonne cum omni fiducia DEI præ*  
*cere poterimus: Domine, si error est, à te ipso decip & gr*  
*mus. Nam ista tantis signis & prodigiis confirmata insisti*  
*& talibus, quæ non nisi a te fieri possunt, & certe à Patri*  
*ma sanctitatis viris sunt nobis tradita, cum summa aqua-*  
*stacione probata, te ipso cooperante, & sermonem agen-*  
*mante sequentibus signis.*

VII. Sextò bene ponderet, memoriaque imprimum aliqua principia, quæ in hac materia ad evitandum periculum observanda sunt, qualia à Rosignolo charquentia censemur. Primum est Salomonis: *Aliar*  
*te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed hun*  
*præcepit tibi DEVIS, illa cogita semper, & in pli anini*  
*operibus ejus ne fueris curiosus. Secundum: Fides siue j*  
*babet meritum, cui humana ratio præbet experimentum*  
*Tertium: In quocunque humanarum artium exer-*  
*impossibile est, primarum propositionum inquire*  
*monstrationes. Quartum: In rebus miris, sum*  
*credendi ratio est omnipotentia Creatoris, Aut ut si*  
*proponit: Demus DEVIM aliquid posse, quod ne*  
*teamur investigare non posse.*

VIII. Septimò bene indaget & intelligat officium boni Christiani, quod nimirum in genere quidem  
 tria sint, quæ ab eo requiruntur, *in corde caritas, in p*  
gratia, qua spei

converitas, in corpore castitas. In specie verò sequentia  
um: Nsuadeantur à Pœdagogo Christiano. 1. Fuge omne  
etimop peccatum, præserim autem mortale. 2. Sint in  
orum promptu remedia efficacia contra peccatum, v.g. me-  
idei: *Amoria DEI præsentis, Christi patientis, mortis, judicii,*  
*Vtina Inferni, & cælestis gloriæ.* 3. Jugi virtutum, & bo-  
, cum norum operum exercitio vocationem tuam certain  
num facito. Hinc nihil age, quin bonam intentionem  
ia DEI præmitras, aut signum crucis facias. In DEI laudes  
so decip & gratia: um actiones manè, vesperi, & aliàs ferventer  
firmans insiste. DEI Matris, & Angeli Tutelaris, & aliotum  
certe a Patronorum opem frequenter implora. Crebrò te  
summa aquâ lustrali asperge. E collo ceream agni DEI effi-  
nem or giem suspende. Quotidie, si potes, SS. Missæ sacrifici-  
cium audi reverenter. Examen conscientiæ ante som-  
pne imp dum acuratè facito. Statutos ab Ecclesia festos dies di-  
dum diligenter observato. Sacramenta Pœnitentiæ & Eu-  
gnolio charistæ frequenter & piè obito. Fidei, spei, caritatis,  
s: Al aliarūmque virtutum actus crebrò elicito, ac imprimis  
is, sed humilitati insistito. Indulgentias lucrari studeto, pro  
in plu animabus purgantibus crebrò orato. Imperata Eccle-  
Fida s: jejunia studiosè observato. In orationem frequen-  
riment ter incumbito. Hilari vultu pauperibus eleemosynam  
præbeto,

### §. II.

#### *De Spe.*

I. Est certa exspectatio futuræ beatitudinis, ex  
gratia DEI, & meritis præcedentibus proveniens; de  
qua Sequentia Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut bene cognoscatur naturam  
spei, & speciatim, qualis sit ea certitudo, quæ plerum-

F s

que